

IOANNIS KEPPERI
Mathematici Cæsarei
DISSERTATIO

Cum

NVNCIOSIDEREO

nuper ad mortales missio



GALLAE GALLIAE
Mathematico Patavino.

Alcinous.

ταῦτα εἰσεγένετο εἴναι τῇ γνώμῃ τὸ μάθητικα φιλοσοφῶν.

Cum Privilegio Imperatorio.

PRAEFACTA
TRPISDANIELIS SEDESANI.
Anno Domini, M.DC.X.



ILLVSTRISSIMO & REVEREN-
DISSIMO DOMINO, D.

IVLIANO MEDICES, SERENISS: MAGNI HETVRIAE DVCIS

APVD SVN Cn M^m

ORATORI,

Domino meo Colendissimo.

LUX STRISSIME DOMINE,
Epistolam hanc meam ad Galileum Galili-
um, Professorem Mathematicum in ce-
lebrissima Academia Patavina, de Num-
ciosis Sidereo perscriptam, & iam typis descriptam,
mi potius inscribam, quam Ille Di Tz non inventio.
Tu enim exarande illius author mihi fuisti, primū
transmissō ad me VI. Idus Aprilis, per Thomam Se-
getum exemplari Nuncij fiderei; & die mihi dicto ad
Idus, quo Te convenirem: post ut comparui, praeēda
mihi, ex literis ad Te, Galilei postulatione, tñq; ad-
iuncti cohortatione: quā perceptā, & promisi me intrę
diem, quo solent abire cursores, exaraturum aliquid,
& prestiti. Sed & nuper admodum à me, cùm obvi-
um habuisses, diligenter petisti, ut exemplum epistola,
si quod retinuissim, Ibi concederem legendum: ipsam

quippe
A ij

Galilei Opera

quippe epistolam, quamvis apertam exhibuissim, per occupationes illius diei, non potuisse cognoscere: quod rursum promisime facturum, primum atq; ad mundū descripsisse. Concepit autem illam initio, & iam typis expressi, tantò libentius; quòd Galilaeus, ad quem illa destinabatur, MEDICEORVM Cliens esset; & MEDICEI Principis, Magni Hetruriæ Ducis Legatus, ipse quoq; Gente MEDICEVS, hoc à me peteret: & deni- que materia, de qua scribendum erat, esset eiusmodi, quā (siquidem veratraduerentur) MEDICEI nomi- nis bonos, authoris consilio comprehendenderetur.

Accipe igitur, Illustriss De ex privata & Galilei propriis, publicam descriptione factam, publicā dicatio- ne iam Tuam: exq; hac dedicatione studium mem in- veritate &, quod bac sola nimir, MEDICEI Prin- cipatus decole, post Galileum anthorem, afferendo, co- gnoce; memq; erga Illustriss: D.T. animum ad obse- quia paratiissimum & stima: Denique me inter Chien- tes tuos numerar. Vale. V. Nonas Maias. Anno Christi Domini, M. DC. X.

ADLECTORUM ADMONITIO.

CVM multi sententiam meam super Galilei nuncio siderio expeti- rent; (atisfacere placuit omnibus hoc opera & compendio; ut Epifio- lans ad Galileum missam (magna quidem festinatione inter occupa- tiones necessarias, intra praescriptum diem fujam) publicis typis ex- scriberem.

Atqui amici eā iam excusā monuerunt, videri paulò conceptam in- solentius. Alius enim ablatum cupiebat exordium: quidam mitigata vo- luisset verba nonnulla, qua sententias à Scholarum confuetudine rece- dentes Antagonistæ tribueret, videri possint improvidis: non nemo par- cius etiamnum laudatum Galileum defuderat, ut locus relinquoretur sententiæ clarissimorum virorum, quos diversam à me sentire audiāt.

Itaque consilium hoc ini, ut monorem Letorem; Num cuique pul- chrum: pleroque contendendo excandeſcere; nihil gratius disputacionis videri condimentum, hilaritatem: Atij gravitate affectationum dignita- tem affectant in tradendā philosophiā, sunt tamen & ipsi sè prater in- stitutum ridiculi; Ego ad id natura factus videor, ut laborem & difficultatem doctrinæ, remissione animi, styllo expressam tempore.

Quod igitur exordium attinet, meminerit Lettor, id ad eum perfri- ptum esse, quem conjunctaneum sit legisse prefationem meam super Com- mentaria Marii, nuper edita, qua & allegata videt. Lufus enim seu iocu- cus militaris, quo sum vsus in opere illo publico, derivatus est in hoc eti- am exordium priuare epistolæ iure non deteriori.

Ad alteram censuram eadem est refenson: fingo animi gratia inter disputantes litem, rixas, vixias, vitorias triumphum, minas atrocēs: pēnam vi- fi, ruborem, vincula, carcera, exilium: que feruum quid pollicentur, ac si uterque super suā sententia, reluti super aris & focis depugnet. At- qui non est opus moneri Academicos (ceteri siltē cogent) quid sit Positionem suam custodire: quod dum facit alter; nō tantum ver- sa, recepta, (ed citā absurdā, falsā (in in scolis sè etiā impia pernicio- sa, blasphemia) pro suis usurpati eisq; ut fert dicendi occasio, vel fibi vide- ri, vel se credere, se statuere, se probare, vel probaturum profiteretur, cum secum

A ij

ad obsequia denotus,
Illustriss Di T^e
• IOANNES KEPLERVS
S. C. M^{is} Mathematicus.

Secum nihil minus credat: tantum ut exercitatum reddat alterum in defen-
denda veritate. Adeoq; maior est fesitivitas contentiois; si simplicior
aliquis de veritate, velut de statu suo, contrarij impropria assertione de-
turbetur, inheaturq; defendere, quod defensione egeru nunguam cogita-
verat.

Quod tertium caput oblicationis attinet; equidem sicuti nihil de Galili-
eo scriptū. Semper hunc morem tenui, ut que bene ab aliis dicta putarem,
collaudarem; quæ male, refellerem; nunquam contempserant diffimula-
tor alienæ scientiae, ubi propria caruissim: nunquam vel verrus aliorum,
vel mei negligens; si quid proprio Marte invenissim melius, aut prior.
Neque puto, tantum de me Germano, Galilæum Italem esse meritum; ut
ei vicissim adulandum fuerit, in veritatis, aut penitissime meæ sententiae
præuidicium.

Nemo tamen existimet, me, hac meâ libertate assentiendi Galileo,
dissentienti ab ipso libertatem aliis eruptum ire: Salvo cuiusque iudicio il-
lum laudari. Quinimò si qua hic etiam propria dogmata suscepit defen-
denda; quamvis id veritatis opinione, seriq; animo feci: non tamen
gravatim eadem me polliceor abieffurum, primùm at-
que mihi doctiorum aliquis errorem legit:
mâ methodo demonstraverit.

Nobili E^o Excellentissimo Domino,
G A L I L Æ O G A L I L Æ O,
Patricio Florentino, Professori Mathematico
in Gymnasio Patavinio

- J A N N E S K E P L E R V S,


S^ec^a M^{is} Mathematicus

s. p. d.

 AM PR IDEM DOMI MEAE CONSE.
deram oculos, nihil nisi cogitans; Galilæ pre-
stantissime, tuasq; literas. Emisso enim superio-
ribus nundinis in publicum libro meo, Commé-
taria de Motibus Martis, inscripto, multorum annorū labo-
re: exq; eo tempore, quasi qui difficilma expeditione belli-
cā gloriae satis peperisse, vacatione nonnulla studiis meis
interpositā, fore putabam, vt inter cætros & Galilæus, ma-
ximè omnium idoneus, mecum de novo Astronomia seu
Physicæ coelestis genere promulgato per literas conferret;
intermissumq; ab annis duodecim institutum resumeret.

Ecce verò tibi ex inopinato circa Idus Martias, Celerum
opérâ nunciatum in Germaniam, Galilæi mei, pro lectione
alieni libri occupationem propriam insolentissimi argume-
nti, de qua tuor Plantis antea incognitis (ut cætera libellica-
pita præteream)usu perspicilli duplicati inventis: quod cùm
Illustris S. C. M^{is} Cōfiliarius, & Sacri Imperialis Consistorij
Referendarius: D^r Ioan: Matthæus VVackher^z à VVakhē-
felsz, de curru mihi ante habitationē mecam nunciassem, tāta
me incessit admiratio, absurdissimi acroamatis cōsideratio-
ne, tāti orti animorū motus (quippe ex inopinato decisiā an-
tiq; inter nos lriticula) ut ille gaudio, ego rubore, risu uterq;
obno^z

B



2.

Dissertatio

ob novitatem confusi , ille narrando ego audiendo vix sufficiemus. Augebat stuporem meum , VVackherij ad severatio; viros esse clarissimos, doctrina, gravitate, constantia, supra populariem vanitatem longissimè evectos , qui hæc de Galilæo perscribant: adeoq; iam librum sub pœlo versari, proximisq; cursibus affuturum.

Me, ut primum ab ore VVackherij discessi. Galilæi potissimum movit authoritas , iudicij rectitudine, ingenijq; solerterâ parta. Itaq; meditatus mecum sum, qui possit aliqua fieri accessio ad Planetarî numerum, salvo meo mysterio cosmographico, qd ante anno tredecim in lucē dedi: in quo quinque ille Euclidis figuræ, quas Proclus ex Pythagora et Platone Cosmicas appellat. Planetas circa Solē nō plures sex admittuntur. Apparet autem ex præfatione illius libri, & me tunc quæsivisse plures circa Solem Planetas, sed frustrâ.

Quod igitur hæc perpendenti incidebat , curriculo ad VVackherium detuli: nimirū uti terra, unusex Planetis(Copernico) Lunā suam habeat, extra ordinē sese circūcurfiratē; sic fieri sanè posse, ut Galilæo quartor aliæ Lunæ minutissime, angustissimis meatibus circa Saturni , Iovis, Martis & Veneris corpuscula circumvolvi videantur: Mercuriū verò, circum solarium ultimū, tam esse immersum in Solis radios, ut in eo nihil adhuc simile potuerit a Galilæo deprehendi.

VVackherio contrà visum , haud dubiè circa fixarum aliquas circumire novos hos planetas, (quale quid iam à multo tempore mihi ex Cardinalis Cusani & Jordani Bruni speulationibus obiecerat:) ac, si quatuor ibi latuerint haec. nus Planetæ, quid igitur impedit, quin credamus, innumerabiles porrò alios ibidem , hoc initio facto deterritum iri: adeoq; vel mūdum hunc ipsum infinitum, ut Melissio & Philoophia Magneticæ authori Gulielmo Gilberto Anglo planuit: vel, ut Democrito & Leucippo, & ex recētioribus Bru-

no, &

tum Nuncio Sidero.

3.

no & Brutio, tuo Galilæ & meo amico, visum, infinitos alios mundos, (vel, ut Brunus, terras) huius nostri similes esse. Sic mihi sic illi visum, interim dumlibrum Galilæi , ut certat spes facta, cupidine mira legendi expectamus.

Primum exemplum concessū Cæsaris mihi contigit in-spiceretur, cur simq; pervolitare: Video magna lōged admirabilissima specacula, propria Philosophia & Astronomia, ni fallor & mihi; video ad magnarum contemplationum exordia omnes vero Philosophia cupidos convocari.

Iam tum gestiebat mihi animus, me rebus inferre, quippe provocatum, & qui eadem de materia ante annos sex scriptissim; recumq; Galilæe solerissime, de tam inexhaustis lovæ conditoris thesauris, quorum alios post alios nobis aperit, iucundissimo scriptoris generē conferre. Quem enim tacere sinunt tantarum rerum nuncij? Quem non impler diuini amoris abundantia, per linguam & calamum se profundens vberissimum?

Addebant animum Augustissimi Cæsaris Rudolphi imprecaria: qui meum de hac materia iudicium expetebat. De VVackherio verò quid dicam? Ad quem ut veni sine libro, lectionem tamen eius professus: invisum mihi, rixatum etiam fuit; deniq; planè conclusum, ut in hac materiâ non differrem fieri quâm disertissimus.

Dum aliquid meditor: superueniūt literę tuę ad Illusfris. Magni Hetrurię Duci Legatū, plenę tui in me amoris, ut qui hoc mihi honoris imperitus sis; ut per tantum virum potissimum me & transmissio exemplari, & addita commonefactione, provocandum ad scribendum censueris quod & prestitum in tui gratiam perquam humaniter, & me in clientelam suam suscepit benevolentissime.

Quod igitur mihi propriâ animi propensione, quod amicis placet; quod diligenter ipsorogas; id faciam: non nullala spe

4. *Dissertatio*

la spē inductus, me hac epistola id tibi profuturum, si eam censueris offendendam; ut contra morosos novitatum censes, quibus incredibile quicquid in cognitum; profanum & nefandum, quicquid ultra consuetas Aristotelicæ angustiæ metas, uno proaspisse sis processurus instructior.

Temerarius fore videri possum, qui tuis assertionibus, nullâ propriâ experientiâ suffultrus tam facile credam: At quâ non credam Mathematico doctissimo, cuius vel stylus iudicij rectitudinem arguit, qui tantum abeit ut sese vanitati dedat, sefèq; vidisse diſtinet quæ non viderit, popularem auctoritate repugnare, vulgicꝫ vituperia fūsq; deq; ferre? Quid quod publicè scribit, probrumq; si quod committetur, clam habere nequaquam posset? Egone ut Patricio Flôrêtino fidem derogem de iis quæ vidi? perspicaci lufciosus? instrumentis ocularibus instruto, ipse nudus & ab hac supel-licili inops? Ego non credam omnes ad eadem specacula invitanti; & quod caput cit, vel ipsum suum instrumentum, ad faciendam fidem oculis, offerenti?

An parum hoc fuerit, Magnorum Hetruriæ Ductum familiam ludificari, Medicumq; nomen signantis suis præfigere, planetas interim veros pollicentem?

Quid quod propriis experimentis, quòd & aliorum asseverationibus in parte libri deprehendo ueracissimum? Quid causa sit, cur solùm de quatuor planetis deludendum sibi pateruerit orbem?

Tres sunt menses cùm Augustissimus Imperator super luna maculis varia ex me quæsivit, in ea constitutus opinione; Terrarum & continentium simulachra in luna cœ in speculo resplendescere. Allegabat hoc porosissimum, sibi videri expressam

cum Nuncio Sidereo.

pressam Italie cum duabus adiacentibus insulis effigiem: Specillum etiam sum ad eadem contemplanda offerebat in dies sequentes, quod omissum tamen est. Adeò eodem tempore Galilæ, Christi Domini patriam vocabulo præferens, Christiani orbis Monarcham (eiusdem irrequieti spiritus instanti, qui naturam detectum ibar) deliciis tuis æmulatus es.

Sed & antiquissima est hæc de maculis lunæ narratio, fulta autoritate Pythagoræ & Plutarchi summj philosophi, & qui, si hoc ad rem facit, Procōfulari imperio Epirū tenuit sub Cæsaribus. Vr Maxtinum adeoq; & mea opica ante annos sex edita prætercam, inq; suum locum inserius differam.

Hæc igitur cùm consentientibus testimoniis etiam alij de Lunæ corpore asseverent, contentanea iis quæ tu de eodem Longe dilucidissima affers experimenta: tantum abest, ut fidetibi in reliquo libro & de quartuor circum-Iovialibus planetis derogem; ut potius optem mihi in parato iam esse per spicillum, quo te in deprehendendis circum-Martialibus (ut mihi proprio videtur require) duobus, & circum-Saturnis sex vel octo prevertam, uno forsan & altero circum-Venerio & circum-Mercuriali accesiſuro.

Quam ad venaturam, quod Martem attinet, tempus erit maximè idoneum Octobrem venturus, qui Martem in opposito Solis exhibet; terris (præterquam anno 1608.) omnium proximum, errore calculi trium amplius graduum.

Age igitur, ut de rebus certissimis, meisq; oculis, ut omnino spero, videndis, tecum Galilæ sermonem conserferam; tui quidem libri methodum securus, omnes verò Philosophiæ partes, quæ vel ex hoc tuo nuncio ruinam minantur, vel confirmantur, vel explicantur iuxta pervagatum; ut nihil superfit, quod lectorem Philosophiæ deditum suspen-

6. *Dissertatio*
suspensum teneat; & vel à fide tibi perhibenda prohibeat,
vel ad contemnendam quæ hactenus erat in precio, Philoso-
phiam impellat.

Primum libelli tui caput in fabrica perspicilli ver-
satur, tantæ quidem efficaciz, ut rem spectanti milles exhibe-
bare maiori planitie, quod tum fit, si diameter tricies bis re-
præsentetur longior. Quod si facultas æstimatoria manet
in sententiâ consuetæ magnitudinis; necesse est ei tunc rem
videri tricies bis propiorem. Diffantiam enim oculus non
videt sed coniicit, ut docent optici. Da enim hominem ali-
quem abesse tribus millibus & ducentis passibus, videri vero
sub angulo tricies bis maior, quam videtur alius sine perspi-
cilio centrum passibus absens: cùm certum habeat oculus, ho-
minem illum remorum, habere consuetam magnitudinem,
censembit non pluribus centum abesse passibus, adjuvans &
clarificatione visionis, perspicillo procuratâ.

Incredibile multis videtur epichirema tam efficacis per-
spicilli, at impossibile aut novum nequaquam est; nec nuper
à Belgis prodit, sed tot iam annis antea proditum à Ioh: Ba-
rista Porta, Magiæ naturalis libro XVII. Cap: X. de Cry-
stallinæ lentis affectibus. Vtque appearat ne compositionem
quidem cavae & convexæ lentiæ esse novam, agc verba Por-
tae producamus. Sic ille:
*Posito oculo in centro, retrò lenticem, quæ remota fuerint, addo propin-
qua videbis, & quasi manus ea tangere videaris, ut valde remotos cogno-
scas amicos: Literas epistole in debita distantia collatae, addo magnas
videbis, ut perspicue legas: si lenticem inclinabis, ut per obliquum episolum
inficias, literas fatis maijculas videbis, ut etiam per rigunt pessimas remo-
tas legas: & si lentes multiplicare noveris, non vereor quin per
centum passus minimam literam conspiceris, vt ex r̄na in alte-
ram maiores reddantur characteres. Debilis r̄nus ex r̄fusa qualitate speci-
lis r̄tatur. Qui id recte sc̄perit accommodare: non parvum manifestetur se-*
cretum.

cum Nuncio Sidereo.

7.
*Concavæ lentes, quæ longè sunt, clarissime cernere faciunt, con-
vexe propinquæ, unde ex r̄fusa commoditate vis frui poteris. Concavo lon-
gè parva rides sed perspicua, convexo propinquæ maiora, sed turbida:*
*Si vtrumque rectè componere noveris, & longinquæ &
proxima maiora & clara videbis. Non parvum multis amicis auxiliis pra-
stitimus; qui & longinquæ obsoleta, proxima turbida conficiebant, vt
omnia perfettissime conuererentur.* *Hac Capite X.*

Capite XI. nouum titulū facit de specillis, quibus supra omnē cogitatum lōgissimè quis cōspicere queat: sed demon-
strationē de industria (quod & p̄fitetur) sic involvit, ut nesci-
as quid dicat, an de lētibus plūcidis agatur hactenus, an vero
speculū adiungat opacū lēnigatum: cuiusmodi unū & ipse in
animo habeo, quod res remotas, nullo discrimine absentię, in
maximā quantitate, ideoq; ut propinquas, & præterea pro-
portionaliter auctas exhibet; tanta claritate, quanta ex spe-
culo (quod necessariò coloris frūci est) sperari potest.

Huic loco libri Portæ, cùm viderem præfixam querelam
initio Capitis X. *Cararum & convexarum lentiū, & specillorum,*
*tantopere humanis r̄ibus necessariorū, neque effūlum negrations ad-
huc à nemine allatū: eam operā sumpsi ante annos sex in astro-
nomiae parte Optica; ut quid in simplicibus perspicillis acci-
deret luculentā demonstratione geometrica redderem ex-
pedirū.*

Videre est ibi Capite V. vbi demonstro illa quæ pertinet
ad modum videndi, fol: 202. coniunctas in schemate effigi-
es cavi & convexi perspicilli, planè ad eum modum, quo fo-
lent hodie in vulgaris tubis inter se iungi. Quod si non lectio
Magiæ Portæ occasionem dedit huic machinamento, aut si
non aliquis Belgarum ex ipsius Portæ instruzione fabrefa-
ctum instrumentum, solitus sicuti legibus morte Portæ,
multiplicauit in plura exempla, ut mercem venalem faceret:
hæc certè effigies ipsa fol: 202. libri mei poruit curiosum
lecto.

8. *Dissertatio*

Ie^torem admonere de structura, praesertim selectionem demonstrationum mearum cum textu Portæ coniunxit.
Non est tamen incredibile, solleteres sculptores in gente industria, qui perspicillis ad sculpturæ mintias videndas contutur, casu etiam in fabricam hanc incidisse; dum lentes convexas cavis varie associat, ut quæ combinatio melius serviat oculis, eam eligant.

Non ista dico ad deprimentam inventoris mechanici laudem, quisquis fuit: Scio quantum interfit inter rationales conjecturas, & ocularem experientiam; inter Ptolemæi disputationem de Antipodibus, & Columbi detectionem novi orbis: adeoq; & inter ipsos vulgo circumlatos tubos bilentes; & inter tuam Galilæe machinam, qua coelum ipsum rebrasti: sed nitor hic fidem incredulis facere instrumenti tui. Fatendum est, me ex eo tempore, quo Optica sum agressus, creberrim à Cæfare rogatum de Portæ suprascriptis artificiis, fidem iis ut plurimum derogasse. Nec mirum, miscet enim manifestè incredibilia probabilibus: & titulus capitis XI. verbis: (*Supra omnem cogitatum quam longissime proficere.*) videbatur absurditatem opticanam involvere: quasi visio fiat emitendo, & perspicilla acutari oculi iaculos, ut ad remotoria penetrant, quam si nulla perspicilla adhiberentur; aut si ut agnoscat Porta, visio fit recipiendo: quasi tunc specilla rebus videndis lucem concilient vel augeant: cum hoc potius velociter sit, quæ non ultrò ad nostros oculos eiacyulantur aliquā luculam, quâ mediante conspiciantur, nunquam illa ullo perspicillo detegi posse.

Præterea credebam non tantum aërem esse crassum & compactum, quo visibilium partes minuræ eminus obreguntur & confunderentur; quod cùm per se certum sit, frustà videbam expectari à perspicillo, ut hanc aëris interfusam subtilitatem à visibilibus deterget; sed de ipsa etiā caelesti efficiā.

9. *cum Nuncio Sidero.*

ria tale aliud sumpcatus sum, quòd nos, si maximè lunæ corpus in immensum augcamus impeditre possit, quòd minùs exiguae eius particulas in sua puritate scorsim à cœlesti materia profundissima agnoscere possimus.

Has igitur ob causas abstinui à tentanda mechanica, concurrentibus insuper aliis etiam impedimentis.

At nunc merito tuo Galilæe solerissime commendo indecessam tuam industriam, qui diffidentia omni posthabitā, rectâ te ad oculorum experimenta contulisti, iamq; orto per tua inventa veritatis sole, omnes illas titubationum larvas cum nocte matre dispullisti, quidq; fieri posset factō demonstrasti.

Te monstrante agnosco substantiæ cœlestis incredibilem tenuitatem, quæ quidem & ex opbris meis fol:) 27. patet, si proportionem densitatis aeris ad aquam conferas cum proportione densitatis ætheris ad aërem, procul dubio multo maior: quæ efficit, ut ne minutissima quidem stellati orbis (nendum lunaris corporis, stellarum humilimæ) particula noctis oculos effugiat, tuo instrumento instrutos, multoq; plus materia (vel opacitatis) in uno (specilli corpulculo interponatur inter oculum & rem visam, quam in toto illo imenso ætheris traçū: quia ex illo aliquantula resultat obscuritas, ex hoc nulla: ut pene concedendum videatur, totum illud immensum spaciū vacuum esset.

Etsi igitur avidè tuum Galilæe instrumentum expecto: tandem si qua mihi fors affulgebit, ut mechanica remotis obculis tentare possim; strenue me in iis exercabo, id j; gemina viā. Nam vel multiplicabo lentes perfectarum sphærarum hinc inde superficerum, lenissimè assurgentium; easq; certis intervallis in arundine disponam, exteriores paulò latiores, ut tamen oculus intra terminum intersectiōnis parallorum omnium lentiū constituatur; de quibus terminis vi-

de opti

C

ta

Dissertatio

de optica mea fol: 90. & fol: 440. vel ut in unica superficie errorum (si quis esset) facilius corrigere possem; unam solam lentem seu umbonem effigiebo; altera superficie proximè planâ, quippe in convexitatem sphericam solius dimidiij gradus seu 34. minorum affigente; reliqua non sphærica que ad oculum vergit, ne mihi contingat, quod fol: 94. ostendit Schema, siarq; partium rei visæ dissortio & confusio, de qua est prop: XVIII. fol: 193. sed in umbonem affigente, ut est fol: 98. in schemate demonstratum, ut sit humori crystallino oculi similis; lneâ quippe hyperbolicâ tornatâ descriptu, quam fol: 96. in schemate quævisi propter machinamenta Optica, ut est fol: 96. & fol: 109. scilicet ut non distorta fiat visio, sed partium rei visæ imagines augementari proportionauerit; ut proposui fol: 95.

Hæc inquam in constituenda lente convexa obseruabo, ut maiora præstem visibilia: oculumq; non longè ab hoc posto colloabo; in quod omnium rei viæ punctorum radij (que proprietas est huius umbonis hyperbolici) unicè convergentes eousq; continuata erit, ut radius ex puncto seu centro hoc in contingentem extremum hyperbolæ, faciat angulum 27. id eoq; refractionem circiter 9. ut ad triginta semisses graduum habeam in utriusq; lateris refractione extima, in intermedii proportionaliter minus.

Quia vero unius puncti de re lucete tam remorâ radiaciones, proximè parallela descendunt ad umbonem; post quem convergentes in humorē oculi crystallinum incident, adçò ut post crystallinum factâ refractione concurrent in punto, proximè crystallinum, & ab eo se rursum dilatent, donec in retiformem vniā iam dilatati instar penicilli, atq; ita pro punctis lunæ singulis, singulæ retiformis illustrantur superficies, adçò ut confusissima fiat visio; idèo ad oculum cuiuslibet spectantis peculiariter pro diuersitate oculorum adhibeo lenti.

cum Nuncio Sidereo.

II.

bo lenticem cavam, ut convergentes unius puncti radij, contraria refractione in cavo factâ, prohibeantur convergere; sed portius divergentes, & sic velut ab aliquo propinquō puncto venientes in crystallinum incident, perq; cum refracti, in retiformi ipsa fortiantur sua collectionum puncta: quæ definitio est visionis distinctæ: quæ omnia demonstravi fol: 202. meæ Optices.

Atq; hæc de instrumento ipso; iam quod usum eius attinet, argutum sane est inventum tuum, quomodo cognoscatur, quanta fiat rerum per instrumentum ampliatio, & quomodo singula in celo minuta minutorumq; partes dignosci possint. Qua in re cùm in certamen veniat industria tua cù Tychonis Brahei in observando certitudine accuratissima: non abs re fuerit aliquid interloqui.

Memini cùm Polyhistor ille scientiarum omnium Io: Pistorius ex me quæreret, non unâ vice; num adçò limatae sint Braheanæ observationes, ut planè nihil in iis desiderari posse putem? valde me contendisse, ventum esse ad summum, nec relictum esse quicquam humanæ industriæ, cùm nec oculari maiorem ferant subtilitatem, nec refractionum negotiū, fidetur loca respectu horizontis statu movens: atq; hic illum contrâ constantissimè affirmasse, venturum olim, qui perspicillorum ope subtiliorum aperiat methodum: cui ego refractiones perspicillorum ut ineptas ad Observatorium certitudinem, oposui. At nunc demum video, verum in parte varem fuisse Pistorium. Ipse quidem Brahei Observationes per se stant, habentq; suam laudem. Nam quid sit in celo arcus 60. graduum; quid 34. minuta: hoc solis Brahei instrumentis innotescit. At ubi Braheus hoc pacto gradus coelestes (vel etiam ego meo artificio Optico Lunæ diametrum) in celo fuerimus dimensi: iam supervenientis tuum Galilæ perspicillum, & quantitatem illam à Bræho & à me prodi-

12. *Dissertatio*
proditam complectens, subtilissimè illam in minuta & minorum partes subdividit, seseq; Brahei methodo obseruandi, elegantissimo coniugio associat: ut & Braheus ipse habeat, quo tuâ observationis methodo gaudet, & tu tuam ex Braheana necessariò instruas.

Vis dicam quod sentio? Opto mihi tuum instrumentum in Eclipseos lunaris contemplatione: sperarem ex eo præstatissima præsidia ad expoliendum, est ubi & reformandū, torum Hipparchum meum, seu demonstrationem intervallorum & magnitudinis trium corporum, Solis, Lunæ & Terre. Diametrorum enim Solis & Lunæ differentiam variabilem, digitosq; in Lunâ deficitentes nemo exactius numerabit, nisi qui tuo instrumento oculari, diligentiam in observando adhibuerit.

Stet igitur Galilæus iuxta Keplerum, ille Lunam observans, converso in cœlum vultu, hic Solem, avertus in tablam, (ne oculum urat specillum) suo uterq; artificio: & ex hac sociate p̄deat olim nitidissima intervallorū doctrina. Quinetiam (præter Lunam) Mercurium ipsum in disco Solis hoc meo artificio vidi: vide libellum hac de re editū. Nec minus etiam, si Cometa quispiam effulserit, paralaxes eius (ut & Lunæ) ad stellulas illas minutissimas & cerebellinas solo tuo instrumento conspicuas, collare, observari rectissimè poterunt: ex quibus de altitudine corporum illorum certius, quam haecenus unquam, licet argumētari. Atque hæc tecum Galilæe, ad primum libelli tui caput, conferre libuit.

Transi secundò ad phænomena Lunaria præstantissima: quâ mentione refricas mihi memoriam eorum, quæ in Astronomiæ parte Optica Cap: VI. d: luce siderum Numerog. super maculis Lunæ, ex Plutarcho, Mæstino, meisq; experimentis adduxi.

cum Nuncio Sidereo.

13. Ac initio perquām incundum est, & me ipsum in ciusdem lunæ maculis, non ut tu, converso, sed a verso vultu observandis, esse versatum. Schema huius rei habes fol: 247. mei libri: ex quo illud patet, mihi quoq; limbum lunæ apparuisse lucidissimum undiq; solum corpus interitis maculis suis distinctum.

Ex eo si subit animū certare tecū in pervendis illis minutis maculis, à re primū in parte lucidiore animadversis. Id autē hoc pādō me spero perfectum mea observandi ratione, vulnu à Luna avertio; si lunæ lumen per foramen in tablam p̄crīcā circumlatam intromiserō, sic tamen, ut foramen obvalleret lens crystallina, sphærico maximi circuli gibbo, & tabella ad locum collectionis radiorum accommodetur. Sic in perricā 12 pedes longa, lunæ corpus perfectissimè depingetur quantitate monete argenteæ majoris. Artificium demonstravi prop: 23, fol: 196. & 21). libri mei; simplicius ramen fuit propositum à Porta primo titulo Cap: VI. delineate, cùm ego de integro globo demonstraverim.

Pergamus Galilæe, tua excurrere phænomena: Nam cum ærate lunæ aufspicaris observata tua, primumq; ostendis, quid corniculare desit ad ovalis linea perfectionem. Ovalēm esse speciem circuli illuminatorij demonstravi Numero 8. fol: 244, libri mei: terse igitur & plane mathematicè loqueris.

In consideratione macularum à te primū animadversarum in parte Lunæ lucida; omnino optice demonstras ex illa illuminationis ratione, illas esse cavitates aliquas scū depresso lacunas in lunari corpore. Sed excitas disputationem quidnam sint illæ rā cerebræ lunæ macule partis antiquitus lucidas putaræ. Tu eas cum vallisibus comparas nostræ Telluris; & fateor esse nonnullas huiusmodi valles, præterim in Syria provincia, specie quasi rotundas, tenuibus angustissimis fluvium Muram recipientes supra, emitentes infra, ut iūni cāpi di.

14. *Differatio*
pidi & Libnicensis, Libnicensis, & ad Dravum Marpurgensis,
aliq; per alias regiones, quos circum campos altissima con-
surgent montium iuga, speciem aheni exprimentia; quippe
non minima pars latitudinis camporum est altitudo circum-
iectarum crepidinum. Evidem factio, & tales in Luna val-
les esse posse, sinuosis montium recessibus proper fluvios ex-
cavatas. At quia addistam crebras esse has maculas, ut affi-
milet lucidam partem corporis lunaris caudæ pavonis, in va-
ria specula, velut oculos, distinctæ: subit igitur animū, num
in Luna hæ maculæ quid aliud norent. Apud nos enim in
Tellure sunt sinuosæ nonnullæ valles, at sunt etiam in longi-
protræ secundum fluviorum decursus, profunditatis non
contemnendæ: cuiusmodi veluti perpetua vallis est Austria
fætora, proper Danubium, inter Moraviae & Stryiæ mon-
tes depressa, & quasi recondita. Cur igitur nullas tales lon-
gas in Luna maculas prodit? cur pleraq; circulo circumdu-
ctas? Anné licet conieqturis indulgere, Lunam veluti pumi-
cem quendam esse, crebellinalis & maximis poris undiq; de-
hiscentem? Patieris enim aquo animo, ut hic per occasio-
nem aliquid indulgeam speculationibus meis, Commētario
de Marte Cap: XXXIV. fol: 157. propositis: ubi ex eo quod
Luna à Tellure duplo celerius incatur, quam partes ipsæ
telluris extinæ in circulo æquatore; collegi, lunare corpus
esse rarum admodum, quodq; exiguae materiæ paucæ contu-
macia præditum, raptui Telluris non multum resistat.
Veruntamen hæc (de absolitus causarib; non per mon-
tes formatis) tanti non sunt, ut si iuxta tuas sequentes narra-
tiones stare omnino nequeant, pertinaciter defendenda pur-
tem. Nam clarissimis experimentis legè planè optica reddi-
disti confirmatisimum, in lunari corpore multis per lucida
partem, præfertim inferiùs, configere apices, in far altissi-
morum moatium nostræ Telluris, qui primi orientis in Lu-
na So-

cum Nuncio Sidero.

15.
na Solis luce fruantur, eaque tibi perspicillo tuo utenti de-
tegantur.

Quid iam dicam de tua super antiquis maculis Lunæ di-
spiratione exactissima? Cùm fol: 25. libri mei sententiam
Plutarchi adduxisset, Lunæ maculas illas antiquas pro La-
cubus seu Maribus habentis, lucidas partes pro continentia-
bus: non dubitavi me opponere, & contraria ratione in ma-
culis continentibus, in lucida puritate humoris vim ponere:
qua in re mihi VVackherius yalde applaudere est solitus. A-
deoq; his disputationibus superiori æstate indulsumus(credo
quod Natura per nos eadem moliebarur, quæ per Galizium
obtinuit paulò post) ut in ipsius VVackherij gratiam, etiam
Astronomiam novam, quasi pro iis qui in Luna habitant, pla-
næq; Geographiam quandam Lunarem condere: cuis in-
ter fundamenta & hoc erat; maculas esse continentibus, luci-
das partes maria. Quid me moverit, ut hic Plutarcho con-
tradicterem, videre est fol: 251, libri mei, experimentum sei-
licit ibi allegatum, quod cpi in monte Styriæ Scheckel, ex
quo mihi subiectus fluvius videbatur lucidus, terræ tenebreo-
firos. At infirmitatem applicationis folio verso margo
ipse indicat. Scilicet non luce communicata ex Sole ut Ter-
ra, lucebat fluvius, sed luce repercussa ex aëre illuminato.
Propterea & causas experimenti tentavi infelicitter. Nam
contra doctrinam Aristotelis, libro de Coloribus, hoc affir-
mavi: aquas minus de atro participare, quam terras.
Qui enim hoc verum esse possit, cum Terra aquis tinctæ ni-
griores evadant? Et quid multis, da Lunam ex alba gleba
constat, ut Cretam insulam, (quomodo Lucianus Lunam
dixit Cæsi similem Terram esse) concedendum erit, clarissi-
mum resplendescere illam ex illuminatione Solis, quam maria,
quantumvis non atramento imbuta.
Itaq; nihil me liber meus impedit, quo minus te audiam,
contra

16. *Dissertatio*

contra me pro Plutarcho, mathematicis argumentis differētem, illatione argutissima & invicta. Lucidæ quippe partes multis canitatis dehiscunt, lucidæ partes tortuata linea illuminantur, lucidæ partes eminentias habent magnas, quibus vicinas partes prævertunt in illuminatione: eadem & contra Solem sunt lucidæ, parre à Sole aversâ tenebrosæ: quæ omnia in siccō & solidō & eminenti locum habent in liquido minime. Contra tenebrosæ partes, notæ antiquitatis, sunt squabiles; tenebrosæ partes tardè illuminantur, quod carum arguit humilitatem, cùm circumstantes eminentes iam longè latetq; colluceant & à tenebrosis illuminatis mgorre quondam velut umbrâ distinguuntur; linea illuminatioinis partē tenebrosa recta est, in quadris: quæ vicissim in humorem competunt, imā petentem, & pondere suo fulsum ad aquilibrum.

His inquam argumentis planè satisfecisti: do, maculas ecce maria, do lucidas partes esse Terram.

Neq; hæc tua experientia perspicacissima, vel meo ipsius testimonio carent. Nam fol: 248. Opticæ meæ habes Lunæ bisectæ lineam tortuosam, ex quo eliciunt eminentias & depressiones in Lunæ corpore. Fol: 250 exhibet Lunam in eclipsi, figura laniatæ carnis aut afferis confraeti: striis lucidis scæsi in partem umbrosam insinuantibus: qua observacione idem tecum, sed alio argumenti genere evinco, Lunæ partes inæquales esse, has eminentes, illas profundas nō iam ex umbræ proiecione, sed ex eo quod debilitatum Solis radium in confinio Eclipsis, aliæ Lunæ partes fortius, aliae debilius excipiunt & revibrant. At hæc confusè tantum & superficiariæ me annotata sunt, nulla distinctione maculosa. rum partium a lucidis. Tua verò diligentia, quam ordinatim omnia persequitur? Qui etiam maculas ipsas veteres aliquatas exhibet.

Neq;

17. *Venatio Sidero.*

Neq; satis mirari possum quid ubi vicit ingens illa, circujoq; rotunda cavitas, in finistro, ut ego loqui solem, oris angulo: naturæ ne opus sit, an manus artificis. Nam profecto conientaneum est, si sunt in Luna viventes creaturæ (quæ in materia mihi post Pythagoram & Plutarctū iam olim anno 1593. Tubingæ scripta disputatione, inde in Opticis meis fol: 250. & nuperim in supradicta Geographia Lunari ludere placuit) illas ingenium suæ provinciæ imitari, quæ multo maiores habet mortes & valles quam nostra tellus, ideoq; mole corporum maximâ præditas, immannia etiam opera patrare: cum q; diem habeant quindecim nostros dies longani, æstusq; sentiant intolerabiles; & fortaisse careant lapidibus ad munitiones contra Solcm erigendas, at contrà glæbā forsan habeant in modum argillæ tenacem; hanc igitur ille aspergendi rationem usitatam esse; ut campos ingentes depri- mant, terra circulo egredi & circumfusâ, forte & humoris in profundo elicendi causâ; ut ita in profundo, post tumulos egessos in umbra lateant, intrusq; ad motum Solis & ipsi circumambulent umbram consequentes; atq; hæc sit illis veluti quædam species urbis subterraneæ; domus, speluncæ creberimæ, in crepidinem illam circularem incisæ; ager & pascua in medio, ut solem fugientes à prædiis tamen longius non cogantur recedere.

Sed sequamur porrò etiæ filum tuæ scriptioris. Quæris eum non inæqualis etiam appareat extremus Lunæ circulus? Nescio quam id diligenter fueris contemplatus, anne potius hic ex opinione vulgi quæras? Nam libro meo fol: 249. & fol: 250. in plenilunii aliquid sanè in hac extima circuli perfeciōne desiderare me professus sum. Perpende; & quid tibi videatur iterato enuncia; ruis enim ocularibus fidam.

Ad quæstionem tu quidem ut dñe certa respondes gemino modo. Primus meis experimentis non repugnat. Nam si fice-

D

si frequentia & constipatio verticium aliorum post alios in extremo aspectibus hemisphaerij limbo, speciem exhibet perfecti circuli, fieri non potest, nisi vertices ad tornum & quatuor & abrasi sint; ut non minutulae nonnullae rimulæ aut suberculi cōpareant; quod meis observatis effet cōsentaneū.

In altero modo Lunæ circūfundiis Sphæram aëriam, quæ in devexa globo reducta profunditatem aliquam radiis Solaribus & terrestribus, adeoq; & nostris oculis obuiat; unde ille limbi merus & emaculatus splendor, rota interiori facio quâ non ita profundè nostris obtutibus obitat hic aér, crebris maculis scatente.

Poruit te huius aëris Lunaris admonere liber meus foh: 252. & 302. quæ libri mei loca tuis hic experimentis egregie confirmas. Sanè non video, qui Selenitæ illi in plenilunio, quod nos videmus (ceteriq; invisibilis hemisphaerij in novilunio) quibus temporibus ipsis est meridies, immunes Solis æstus rolerare possint, si non aér turbidus Solem illis, ut fit apud Peruanos, crebro tegat, æstumq; humore temperet; qui aér in plenilunio & maculas magis occultat, & splendorem ex Sole ingentem combibit ad q; ad nos revibrat.

Quid tu de aëre dicas circa Lunam, cùm Mæstlinus libello Tubingæ edito anno 1605 etiam pluvias in ea conspexerit.

Sic enim ille Th: 152.

In Eclipsi Lunari r̄effere Dominicae Palmorum anniv̄os in corpore Lunæ verus Boream, migrans quædam macula confecta fuit, obscurior cæteroto corpore, quod cædentes ferri figuram reperserabat. Dixisset multa, in multam regionem extensa, pluvias & tempestuosis imbricis gravida; cuiusmodi ab excessu orum montium ingis in humiliova convallium loca, videre non tardocointigit. Hæc ille.

Neverò putas antiquarum mactilarum nñnam stuisse; monstravit ipse mihi Mæstlinus anno superiori diagramma. Macula et situ & magnitudine differens: quippe quæ quartam circu-

circiter aut quintam partem planicii Lunaris occupat; & præterea adeo atra ut etiam in obrenebrata Luna elucet. Tradit eo libello à Th: 38. Luna affinitatem cum Terra, in densitate, umbra, caligine, luce à Sole mutuatis; quæ globum utrumq; circumambulet, quæ aequales & Terricolis Luna phases exhibet, & Lunicolis Terra: ut utrumq; corpus, ab altero & qualiter illuminetur, quo loco magna pars complectitur metæ Astronomia & Lunaris. Alterum gradum cognationis horum corporum Th: 92. collocat in asperita te superficerum: quodq; noratu dignum est, ex tribus locis Averrois citat dictum Aristoteles ex libro de animalibus, quod *Luna terrena naturæ ad modum sit affinis*.

In ipso de aëre circa Lunare corpus circumfuso à Th: 145. ex professo agit, cuius ista sunt verba Th: 149. tuis Galilæ verbis adeo similia, ut ex tuo libello desumpta videatur: Si *Luna corpus*, inquit, *quaecunque phæse probet inuearis, extremam oram multi limpidiori pariori luce claram, nec ullis maculis confusam ridebis: cùm tamen ab interiori corpore plurimæ migrantes nota passim emitent. Quis hic dicet, uniformis illius lucis non esse aliud quam huic obseruorio turbidi & maculati splendoris subiectum?* Concludit hinc corpus limbi esse perlucidum, quasi vitreum, aërium, homogeneum, deniq; aëris nostri circumterrestris planè simile.

Multus quidem est in eo, ut tecum Galilæ, hunc aërem ex eo etiam signo probet, quod pars lumine Solis perfusa amplioris circumferentia appetat, quam reliquum orbis tenebrosi: quod Mæstlinus multis probat experimentis, non nocturnis tantum, quarum causa in visum rectius posset, sed & diurnis, quando stella Venereis post Lunæ bifidae partem umbrosam recipit. Verum pace vestra mihi liccat, ego & si aërem Lunæ concedo, tamen super hoc experimento maneo in sententiâ: lumen hinc Lunæ, inde stellæ, de die etiam scis in oculo ampliare, locumq; partis tenebrosæ carpere, ut ea minuta, lucida magna putetur. Vide Optica mea fol: 27.

20. *Dissertatio*

Sequitur in tuo libello fol: 13. ingeniosa & legitima demonstratio eius quod à me quoque fol: 250. passim dictum est, demonstratum vero minimè: Montes Lunares multò maiores esse terrenis; idq; non tantum in proportione suorum globorum, quod ego dixeram: sed in comparatione simplici. Scilicet desiderabatur ad hoc demonstrandum, rūm perspicillum, tua in observando diligenter.

Nec minùs ingeniōsè te fol: 14. compars ad observatōnē discei Lunaris, cùm ei primum enascuntur cornua, do-cessq; cornua obiectū regere, ut reliquus discus emineat. Est hic mihi modus observandi uitrissimus.

Quod verò demonstrationem attiner, qua ostendit hoc Lumen ex nostra Tellure effundi, ea iam à viginti annis eoq; amplius fuit penes Mæstlinum, ex cuius doctrina illam trans- tuh in meam Astronomiæ partē Opticam Cap: VI. num: 10. fol: 252. plenissimo tractatu: ubi easdem etiam opiniones, (quod lumen hoc sit à Sole vel à Venere) recum eodem modo refuto, nisi quòd hanc ultimā merito suo, paulò quām tu, molliūs excipio.

Putas fol: 15. ruborem illum Lunæ aheneum, quem circa extremitates umbræ terrenæ Luna eclipsata retinet, reliquo corpore fusca & evanida, esse ex illuminatione vicinæ substantiæ ætheriæ. Adiuvas meam de eodem rubore disputatiōnem fol: 271. Opticorum: ubi eam exrefactis in nostro aëre Solis radiis deduco: & accommodasea quæ fol: 30) ad-duxī, ad rationem dicendam, cur in torali Solis Eclipsi non semper nox fiat mera: quæ in libro de itella nova fol: 117. re- petij. Dubito Galilæe, an possit hæc à redicta causa huic sufficere rubori: hæc enim, uti vis aurora, Lunare corpus circumstaret multò æquabilis, quām et rubor iste sic inæquabiliter in Lunam derivetur, ut ostendunt mea fol: 276. allata ex-perimenta: quæ ubi in tuo systemate mundi in consideratio-

nem ad-

21. *cum Nuncio Sidereo.*

nam adduxeris, spero te hac in parte tantò felicius de rerum causis disputaturum.

Ad pallorem tamen Lunæ in medium umbram immersæ efficiendum, ubi cessant radij Solis refracti; facilè patior, ut iuxta fidera Solem circumstantia, quibus ego fol: 277. pal-loris causam transcripti, hæc tua aurora, ut potior causa adducatur.

Absolvi alterum libelli tui caput de Luna: transeo ad tertium de Sideribus ceteris.

Prima tua obſtruatio est magnitudinis siderum, quorum corpufcula perspicillo inspecta, in proportionē ad Lunæ diametrum aīs minui. Adducis & alia similia, quibus stellæ minuuntur; verissima, & mihi longo ulū cōperta, crepuscus lum, diem, nubem, velum, vitrum coloratum.

Hic tuas excusio locutiones, *angulum virorum non à primario stelle corporisculo, sed à latè circumfuso splendore terminari: item; perspicillo adjicitiōs accidentales q; fulgores stellæ adimi.*

Quæterre luet ex te Galilæe, num acquiescas in causis à me allatis huius rei, ubi de modo visionis disputo fol: 27. ac præsertim fol: 21. Opt. Nam si nihil desideras, licetib; porrò propriè loqui; luminoja puncta conos fundere suos in crystallinum, & post eum refractione facta eos rursum in pūlum contrahere: quia verò id punctum non attingit retina, dilatatione nova superficiculam retinæ occupat, cùm debuerit occupare punctum: itaq; perspicillorum opera fieri, ut alia refractione intercedente punctum illud in reforme competat. Non igitur aliqui descendunt radij in oculum, à splendore stellis exteris circumfuso, scđ contra qui descen-dunt ab ipso lucido corpore radij. iij viuio refractionum, & per noctem amplificatione foraminis uice, diffundentur in splendorē in reformi circa punctum, quod stellam debu-rit res.

22. *Dissertatio*

it representare, circumicatum. Neq; perspicillum in terra dimittit aliquid stellis in cælo, sed admittit aliquid lucis retrosum quantum eius redundat.

Altera iucundissima tua observatio est figure fixarum radiis, differentis à Planetarum figuris circularibus. Quid aliud inde Galilæ colligemus; quæm fixas lumina sua ab intus emittere, planetas opacos extrinsecus pingi: hoc est, ut Brunni verbis utar, illas esse Soles, hos Lunas seu Tellures.

Netamen is nos in suam pertrahat sententiam de mundis infinitis, totidem nempè, quot sunt fixæ, omnibus huius nostris similibus: subfido nobis venit tertia tua obseruatio innumerabilis fixarum multitudo supra eam quæ antiquitus est cognita; quinon dubitas pronunciare videri stellarum super decem millia. Quanto enim plures & confertiores, tanto verior est mea argumentatio, contra infinitarem mundis libro de stella nova, Cap: XI. fol: 104. proposita; quæ probat, hunc, in quo veritas sur homines, nostro cum Sole & Pla- netis, esse precipuam mundi sinum; neq; fieri posse, ut ex ulla fixarum talis pateat in mundum prospectus, qualis ex nostra tellure vel etiam Sole patet. Locum brevitatis causa superdeo describere; proderit ad fidem, rotum perlegi.

Accedat autem loco & hæc argumentatio. Mihī, qui debili sum visu, sicut aliquod maiusculum; ut Canis, parum cereviseretur in magnitudine, diametro Lunæ, si radios fulgidos accenscam: at qui sunt viu correctissimo, quis instrumentis utuntur astronomicis, quibus non imponunt hi cinni ut oculo nudo, ij quantitates diametri stellarum suas describunt per minuta & minutorum partes, Qnod si ex milie solū fixis nulla maior esset uno minuto; (tunc autē præcūq; ex numeratis maiores) ex coactæ omnes in ynam rotundam superficiem æquarent, (ad eoq; & superarent) diametrum Solis. Quantò magis stellarum decies milliaria di-

23. *cum Nuncio Sidereo.*

sculi in unum confundi superabunt magnitudine a spectabili, speciem disci Solis? Si hoc verum, & si sunt illi Soles ex eodem genere cum hoc nostro Sole, cur non etiam illi Soles universi superant splendore hunc nostrum Solem? Cur adeo obscurum universi lumen fundunt in parentissima loca, ut Sol per foramen punctu aciculæ minimo apertum irradians in cameram conclusam, iam statim ipsam fixarum claritatē quanta esset totā camerā ablata, infinito penè intervallo sup̄perer? Dices mihi, nimirum illas à nobis distare? Nihil hoc iuvat hanc causam. Quantò enim distantes magis, tanto quam Sol majori diametro sunt vel singulæ. At interfusus æther fortasse obscurat illas? Nequaquam: cernimus enim illas suis cum scintillationibus, suo cum discrimine figurarū & bolorum: quod non esset, si densitas ætheris alicui obſculo effet.

Satis igitur hinc clarum est, Corpus huius nostri Solis estimabili mē sui à esse lucidius, quam universitas fixas, ac propinde, hunc nostrum mundum non esse è promiscuo gregi infinitorum aliorum. Qua de re infra plura feribam.

Habes innumerabilitatis stellarum restes plurimos. Rabinos autem numerare supra duodecim millia; novi religiosum, qui nocte quadam illunj plures quadraginta numeravit in clypeo Orionis. Mætlianus mainiculas in Pleiis dibus ordinariē numerat, nisi fallor, quatuordecim, non infra magnitudinem terminos.

De Galaxia nubeculis & nebulosis Cōvolutionibus beati Astronomos & Physicos, detectā carū essentiā, & confirmatis is, qui pridem hoc idem tecum asseverabant, nihil esse nisi congeriem stellarum contusis luminibus ob oculo: rum habebut inveniē.

Itaq; desinent porrò cometas & noua sidera cum Brachio

24.

Dissertatio

heo efformare ex via lactea: ne perfectorum & perennium mundi corporum interitum abfurdè introducant.

Tandem ad novos Planetas tecum transfo: rem præcipue admirationis in libello tuo; paucula tecum super eo negotio, præter ea quæ initio dicta, collocuturus. Si primùm exulto, me tuis laboribus nonnihil recreari. Si circa vnam fixarum discursantes invenies Planetas; iam erant mini apud Bruni innumerabilitates parata vincula & career, imo potius exilium in illo infinito. Itaque magno in præsens me liberasti metu, quem ad primam libri tui famam ex Opponentis mei triumpho conceperam; quod quatuor istos Planetas non circa unam fixarum, sed circa fidus Iovis ait discurrere.

Ingens sanè VVackherium Philosophiæ illius horridæ de novo ceperat admiratio; quæ, quod nuperim Gallæus oculis suis perspexisset, tot annis antea non tantum opinatiōnibus introduxerat, sed plànè argumentationibus stabiliuerat. Nec immēritò sanè magni sunt, qui in cōsimilibus philosophiæ partibus, sensum ratione prævertunt. Quis enim non maioris faciat nobilitatem doctrinæ astronomicæ, quæ cūm pedem extra Græciam numquam extrulisset, tamen Zonæ frigidæ proprietates prodidit: quām vel Cæsar is experientationem, qui clepsydris ad littus Britannicum noctes deprehendit, Romanis noctibus paulò breviores; vel Belgarum in Septentrione hyemationem, stuporis quidem plenâ, sed quæcirra cognitionem doctrinæ illius fuisse impossibilis? Quis non celebrat Platonis fabulam de Atlantica, Plutarchi de insulis auricoloribus Tras-Thulanis. Senecæ de futura orbis novi detectione versiculos fatidicos: postquā rale quid ab Argonauta illo Florentino tandem fuit profuit? Ipse Columbus, dubium tenet legarem suum; plus is inge-

cum Nuncio Sidero.

25.
nium admiretur, novum orbem ex ventorum flatu coniunctis, an fortitudine tenantis ignotos fluctus, immensumq; Oceanum: & felicitatem optatis portiti.

Scilicet in mea etiā materia erunt miraculo Pythagoras, Plato, Euclides quod Rationis p̄fessiā subiecti cōclūferūt, aliter factum esse non posse, quām ut Deus Mundum ad exemplar quinq; regularium corporum exornaret; licet in modo erraverint: vulgaris contra laus erit Copernici, qui ingenio quidem usus non vulgari, descriptionem tamē mundi quasi ocularem fecit, solum rō ȳr, in lucem effrenens; cedet longè Veteribus Keplerus, qui ex oculari intuitu Systematis Copernicani, quasi ix 78 ȳr ascendit ad causas easdem adquæ rō ȳr, quod Plato à prioride super tot antē sacerulis prodderat; ostenditq; in Systemate Mundi Copernicano expressam esse rationem quinq; corporū Pla-tonicorum. Nec absurdum aut invidiosum hoc est, illos his præferriri; postular id ipsa rei natura. Nam si maior est gloria Architecti huius Mundi, quām contemplatoris Mundi, quātumvis ingeniosi, quia illæ rationes fabricæ ex seipso deprop̄pit, hic expressas in fabrica rationes vix magno labore agnoscit: certè qui rerum causas, antequām res patent sensibus, concipiunt ingenio, ij Architecti similiores sunt ceteris, qui postrem visam cogitant de causis.

Iraq; non in videbis Galilæe nostris antecessoribus suam hic laudem, qui quod nuperim tuis oculis deprehendisse, sic esse oportere tibi tanto ante prædixerant. Tua nihilominus gloria hæc erit, quod ut Copernicus, & ex eo Ego, Veteribus errorem in modo demonstravimus, quo putabant expressa esse in Mundo, quinq; corpora; substituto modo genitivo & verisimo; sic tu hanc Brutij nostri ex Bruno mutuatam doctrinam cīendas, partim & dubiam reddis. Putabant illi, circumiri etiam alia corpora suis Lunis, ut Tellus nostra

E

nium

26. *Dissertatio*

nostra suā: Verūm illos in genere dixisse demonstras: At putabam fixas stellas esse quæ sic circumirentur; causam etiam dixit Brunus cur esset necesse: Fixas quippe solaris & igneas esse Naturæ, Planetas aquæ; & fieri leg Naturæ in aquâ suâ, neq; vicissim hæc illocare posse. Hanc igitur illius rationē infirmā esse tua detegunt experimenta. Primum estio ut fixa quælibet Sol sit, nullæ illas Lunæ hucusq; circumcurstare visæ sunt: Hoc igitur in incerto manebit, quoad alicuius subtilitate observādi mira instructus, & hoc detexerit: quod quidem hic successus tuus, iudicio quorundam nobis minatur. Jupiter contra planetarum est unus, quos Brunus tellures esse dicit; & ecce quartuor alios circa illum Planetas: at hoc Telluribus non vindicabat Bruni ratio, sed Solibus.

Interim temperare non possum; quin Paradoxos illos ex eius inventis etiam hac in parte juvem; moneamq; veri non absimile, non tantum in Luna, sed etiam in Iove ipso incolas esse; aut (quod nuperum congresiu quorundam philosophantium, jucundè motum) dergi nunc primū regiones illas; Colonos verò, primū atq; quis artem volandi docerit, ex nostra hominum gente non defuturos. Quis eredit olim, tranquillorem & tuiorem esse navigationem vastissimi Oceani, quam angustissimi sinus Adriatici, maris Baltici, freti Anglicani? Da naves, aut vela cælestii aureæ accommoda, erunt qui ne ab illa quidem vastitate sibi metuār. Adeoq; quasi propediem affuturis, qui hoc iter tentent. Ego Lunarem, tu Galilæ Lovialem condamus Astronomiam.

Hæc iucundè int interposita, miraculo audacia humana, quæ in huius portissimum sæculi hominibus sece effert. Non sunt enim mihi deridiculō venerāda sacræ historiæ mysteria. Neq; tamē etiā vile opera preciū duxi, obiter aurē velli. *Care altiori Philosophiæ, cogitet an quicquā frustra pmittat Gensis*

27. *cum Nuncio Sidereo.*

Gentis humanæ supremus & providus ille custos & quoniam ille consilio veluti prudens promus hoc potissimum tempore nobis isthac operum suorum penetralia pandat: quod cōgerro noster Thomas Segethus, multipli vir eruditione, movit; aut si, quod ego respondi. Deus conditor, uniuersitatem hominum veluti quandam succrescentem, & paulatim maturecentem puerulum, successiū ab aliis ad alia cognoscenda ducit; (uti quidem tempus erat, cum ignoraretur planitarum à fixis discrimen, & sc̄ò admodum à Pythagora siue Parmenide animaduersum, eundem esse Vesperum & Luciferum; nec in Mole, Iobe, aut Psalmis illa mentio Planarum) perpendat igitur, & quodammodo respiciat; quoq; progressum sit in cognitione Naturæ, quantum restet; & quid porro expectandum sit hominibus.

Sed ad humiliores cogitationes redeamus: & quod cœptū absolvamus. Si enim quatuor Planetæ lovem circumcurrent disparibus intervallis & temporibus: queritur cui bono, si nulli sunt in Iovis globo, qui admirandam hanc varietatem suis notent oculis? Nam quod nos in hac terra attiner, nec quibus rationibus quis mihi perfuadeat, ut illos nobis potissimum servire credam, qui illos nunquam conspicimus; neque est expetendum, ut tuis Galilæocularibus universi infructi, illos porò vulgo observaturi simus.

Quo loco opportune occurrentum duco etiam alij cuidā suspitioni. Erunt enim, quibus vana videatur astrologia nostra terrestris, sc̄u ut philosophicè dicam, doctrina de aspectibus: cum numerum Planetarum aspectus facientium ad hanc usq; diem ignoraverimus? Verūm iij frustri sunt: astra enim in nos agunt ius modulis, quibus etrum motus se ē his terris insinuant. Per aspectus enim agunt; at aspectus affectus est anguli in centro terræ vel oculi. Scilicet non ipsa in nos agunt, sed aspectus eorum sunt obiectum & stimulus facta.

cultatum terrestrium ratione participantium circa discursum solo insinuetu.

Iam vero quatuor hi, ut ex tuis Galilae observationibus patet, & minimi sunt, & nūquam à Iove ultra) 4. minuta dī- grediuntur: ut totus extimè Planetæ orbis minor sit disco Solis vel Lunæ. Quare ut dem, ipso, non impedientē minutā quantitatē, concurrere per aspectus ad movendas facultates sublunares; non tamen amplius quid poterunt, quām ut & ipsi quatuor, & Iupiter, centrum curriculorum eorum, iun- cūt æquent (nec id crebro) Solem, in diuturnitate nonnulla aspectus, ob diametri latitudinem.

Arq; hoc pacto manet astrologia suo loco, patetq; simul, quatuor hos novos non primariò nobis in Tellure versantibus, sed proculdubio lozialibus creaturis, globum Iovis cir- cum habitantibus comparatos.

Id evidenter pater illi, qui tecum Galilæ, mecumq; Copernicum sequitur in Systemate mundano: videmus enim, in eo Lunam, circumterrestrem planetam, sic comparatam, ut non possit videri aliis globis, quam soli Telluri, quam cur- fibus suis cingit, definita. Eius curriculi diameter habetur pro vice sua parte diametri orbis magni Telluris circa Solē, Ego vix tricessimā existimo. Subredit igitur minus tribus, vel, ut ego, minus duobus gradib⁹, ex Sole inspectus. Accum Saturni altitudo sit decupla, Iovis quintupla circiter: ex Saturno igitur inspecta nostra luna non ultra) 8. vel 12. mi- nuta poterit à Tellure discedere, ex Iove ad 36. vel 24. minu- ta: quo pacto est eius ratio planè eadem Saturniis & Ioviis incolis, quę planetarū cireum lozialiū nobis terrestrib⁹ crea- turis. Nec ab ludit magnitudinis ratio. Esto enim, ut paral- axis Solis sit 3. minuta, et si multo minorē esse purē: Terra igitur ex Sole inspecta habebit 6. minuta, Luna (sc̄i) Imō terra, magni minor, quam Luna relinquet minus, nempe non unū minu-

Dīssertatio

cum Nuncio Sidero.

29.

minutum. Atq; hoc ex Saturno inspectū 6. forte secunda vi- debitur, ex Iove 2. secunda. Planè igitur sic est, quod nobis est in Tellure nostra Luna, hoc non est globis cæteris: & quod Iovi sunt illæ quatuor lunule; id non sunt nobis: & vicissim singulis planetarum globis, cormq; incolis sui serviunt cir- culatores. Ex qua consideratione, de incolis lozialibus sum- ma probabilitate concludimus: quod quidem & Tychoni Brahma ex sola consideratione valetatis illorum globorum & quæ visum fuit.

Adeoq; & hoc argutissimè VVackherius monuit; etiam Iovem circa suum volvi axem, ut nostram tellurem, ut ad il- lam convolutionem gyratio illa quatuor lunarum sequatur, uti ad nostræ Telluris gyrationem nostræ Lunæ conversio in eandem plagam sequitur: adeoq; nunc demum se credere rationibus magneticis, quibus in nupero meo Physicæ cœ- lesticis committario, volutione Solis circa axem & polos cor- poris, causas motuum planetariorum expediū.

Nimirum (ut tu Galilæ pulchritè infers) si Iovem curriculo duodecim annorum occupatum, quatuor circulatorēs anteponere cingunt; quid absurdū dixit Copernicus, Telluri, dū anno motu redit, unā lunam eadē ratione adhærescere. Quid igitur, inquires; si sunt in cælo globi, similes nostræ telluris; anno igitur cum illis in certamen venimus, utrī mē- liorē mundi plaga reneant? Nam si nobiliores illorū globi, non sumus nos Creaturarum rationalium nobilissime. Quo- modo igitur omnia propter hominem? Quomodo nos domini operum Dei?

Difficile est nodum hunc expedire, èò quod nondum o- mnia. quę huc pertinent, explorata habemus; ut remera- tis notam vix effugiturū simus, multa de hac quæstione differendo.

Nostricebo tamen, quę mihi Philosophica videantur argu-
E iii

argumenta adduci posse; quibus obtineatur non tantum in genere, ut suprà; hoc Systema Planatarum, in quorum uno nos homines verfamur, in præcipuo mundi sinu, circa Cor mundi, Solem nempc. versari; sed etiam in specie nostro. Minus in eo globo versari, qui creaturæ rationali primariæ & nobilissimæ (ex corporeis) planè debetur.

Prioris affirmati de intimo sinu mundi, vide argumenta supra à multitudine fixarum, quæ pro muro hunc finum certò vallant; & à claritate nostri Solis p्रæ fixis. Quibus adde hoc tertium: quod mihi hicce diebus expressit VVackherius, silentioq; consentire viuis est.

Geometria vna & æterna est, in mente Dei resulgens: cuius consoritum hominibus tributum inter causas est, cur homo sit imago Dei. In geometria vero figurarum à globo perfectissimum est genus, Corpora quinq; Euclidea. Ad horum vero normam & archetypum distributus est hic noster mundus planetarius. Da igitur, infinitos esse mundos alios: iij aut diffimiles erunt huius nostri, aut similes. Similes non dixeris. Nam cui bono infiniti, si unus quisq; in se perfectis omnem omnem habet? Aliud enim est de creaturis generatis, onis successione perennibus. Et Brunus ipse defensor infinitatis, censer, differre oportere singulos à reliquis totidem motuum generibus. Si motibus ergo & intervallis, quæ praeservant motum periodos. Si intervallis, ergo & figurarum ordine, genere, perfectione, ex quibus intervalla defimperat. Adeoq; si mundos invicem similes ita tueres per omnia, ceteras etiam feceris similes, & totidem Galileos, nova sidera in novis mundis observantes, quot mundos. Id autem cui bono? Quin porius cavemus uno verbo, ne progressus fiat in infinitum quod recipiunt Philosophi; cum assentiantur progressus verius minoru finitus: cur non & versus maiora? Esto enim Sphæra fixarum; huius pars fortè ter millesima Saturni. ii Sphæra

ni Sphæra, huius item decima pars Telluris Sphæra; Telluris porro tercies millesima diametri Homi, hominis tamula pars, cuniculus subcuraneus. Hic fistimus: nec progreditur natura ad minora. Pergamus igitur ad alterum membrum dilematis; sint illi infiniti mudi diffimiles nostri: alii igitur quam perfectis quinq; figuris erūt exornati, ignobiliores igitur hoc nostro: unde conficitur, ut noster hic mundus sit illorum omnium, si plures essent, p'stantissimus.

Dicamus iam etiam hoc, cur Tellus globo Iovio p'ræster: digniorq; sit dominantis creature sedes.

Sol quidem in centro mundi est, cor mundi est, fons lucis est, fons caloris, origo vita motusq; mundani est. Ar videtur homo & quo animo illo throno regio abstinerere debere. Cælum cæli Domino, Soli Iustitiae, Terram autem dedit filii hominum. Nam & si Deus corpus non haberet nec habaculo indiget; in Sole tamen (ut passim per scripturam in celo) plus exercit virritus, quâ mundus gubernatur, quam in globis cæteris. Agnoscari gignitur Homo ipsius etiam habitaculi sui distinctione suam indigentiam, Dei abundantiam, agnolet se non esse fontem & originem ornatus mundani, sed à fonte & ad origine vera dependere. Addc & hoc, quod in Opticus dixi; contemplationis causa, ad quam homo factus, oculisq; ornatus & instructus est, non potuisse hominem in centro quiescere; sed opertore, ut navigio hoc Telluris, anno motu circumspaciatur, lastrandri causa: non secusq; mensores rerum inaccessiarum, stationem statione permuant, ut triangulo mensorio iustam basin ex stationum inter vallis concilient.

Post Solem autem, non est nobilior globus, apriorq; homini quâ Tellus. Nam is primum numero medius est ex globis primariis (circulatoribus hinc, & Lunæ globo circumterrestri ideposito, ut par est) haberet enim supra Martem, lo-

32. *Dissertatio*

vem, Saturnum: infra complexum sui circuitus, currentes Venerem, Mercurium, & tornatum in medio Solem, cursum omnium incitatem, verè Apollinem; qua voce Brus crebrò utitur.

Deinde cùm quinq; corpora abeant in duas classes, trium primiorum, Cubi Tetraedri Dodecaedri; duorum secundiorum Icosaedri & Octaedri: telluris circuitus sic inter unumq; ordinem, veluti maceris inrecedit, ut superius dodecaedri centra planorum duodecim, inserviant respondentis Icosaedri angulos duodecim stringat: quo vel solo situ inter figuras, præ cæteris orbibus notabilis est orbis Telluris, Tertiò nos in Tellure Mercurium, planetarum primariorum ultimum, vix visu apprehendimus, propter propinquam & nimiam Solis claritatem. Quanto minus in Iove vel Saturno, Mercurius conspicuus erit? Summo itaq; consilio hic globus homini videtur attributus, ut omnes planetas continentari posset. Adeoq; quis negabit, in compensationem latentium apud Ioviales, planetarum eorum, quos nos Terricæ videmus; attributos esse Iovi quatuor alios, ad numerum quatuor inferiorum, Martis, Telluris, Veneris, Mercurij, Solem ambientium intra Iovis ambitum?

Habeant igitur creaturæ Ioviae quo se oblectent; sint illis etiam, si placet, quatuor sui planetæ dispositi ad normam classis trium rhombicorum corporum; quorum unum (quasi rhombicum) cubus ipse est, secundum Cuboctaedricum, tertium Icosidodecaedricum, sex, duodecim, tringinta planorum quadrilaterorum: habeant inquam illi sua: nos Homines Terricola non utiq; frustra (me doctore) de præstans tissima nostroru corporum habitatione gloriari possumus, Deoq; conditori grates debemus.

Hæc super novis dubitationibus, quas tuis Galilæe experimentis excitasti, philosophicè tecum differere mihi placuit. Sed

33. *cum Nuncio Sidero.*

Sed cùm sapientiam structuram mundi per quinq; regularia corpora, ex meo mysterio Cosmographico adduxim, tribus verbis obiectionem initio epistola tractam, penitus eliminabo.

Cùm quartuor hi planetæ angustissimi meatibus Lovem ipsum circumambulent; nemo metuat, turbatum iis iuri rationem meam interpositionis figurarum Pythagoræ inter planetas. Quin portius spero hos circulatores Lovios, et si quos habent alii etiam planetæ tandem omnem quæ restat disceptantiam sublaturos. Rationem enim à Deo criam horum circulatorum habitam in figurarum interpositione, circulator terræ, Luna scilicet arguit, cuius circuitum circa terram negligere non potui. cùm illud negotium serio tractarem.

Adeoque etiamnum in restitutione orbium & motuum Martis, Telluris, Veneris, ex observationibus Brahei, deprehendo hinc plusculum inherbita, ut Dodecaedri angulis, à Perihelio Marris extensis, non assequatur centra planorum, Lunam in Apogæo suo & Aphelio Telluris constitutam; neq; centra Icosaedri Aphelio Veneris accommodata porrigit angulos Icosaedri usque ad Lunam in Apogæo suo & Perihelio Telluris constitutam: quod argumento est. superesse aliquid loci inter Perihelium Martis & angulos Dodecaedri; sic inter centra Icosaedri & Aphelium Veneris; & quod miraculo esse possit, paulò plus illic quam hic: quibus ego spaciolis spero me Lunas circum Martiales & circum Venerias, si quas Galilæe olim deprehensurus es, faciliter locaturum.

Tecum Galilæe incepi, tecum finem faciam. Miraris non frustra: cur tanto discremine magnitudinis Mediae sidera suas mutent facies. Causas, quas communimici quis posset,

F

34. *Dissertatio cum Nuncio Sidero.*

posset, tres reiicis argutè & mathematicè. Ponis unam physi-
ficam ut possibilem: de qua tempus docebit. Occurrat vero
mihi ista: si quatuor hi planetæ, disci forma piano ad lovem
converso circumveant, ut ad excursus maximos nobis & Soli
obliuantur ut Lineæ, supra & infra irradientur perpendicu-
lariter, videanturq; magni, & forè diversi colores sint, pro-
diversitate planicierum. Sufficiat monuisse.

Quod superest, vehementer abs te peto Galilæ celeberrimæ, ut in observando strenuè pergas, quæq; observando fuc-
ris affecutus, nobis primo quoq; tempore communices, de-
niq; prolixitatem hanc meam, dicendiq; de Naturâ li-
beratam boni consulas. Vale, Pra-

gæ 19. April. 1610.



Post scripta.

*Si unum adhuc diem expectassem, Galileo mutum
rependeret potuisssem. Noxa enim, non ut Galilei, pro-
babilia, licet inaudita; sed contraria, longè absurdissima, li-
cet sèpe iactata, retulit Catalogus Nundinarum Fran-
cofordinum, Thomam quendam Gephyrandrum
Circulum quadrasse. Nulla hic iam fides oculis; Ratio
vero ànres ad præmissæ famam obturauit.*

*Alius Wolfgangus Satlers Basileensis, Mercuri-
um (E' ipsam olim Deorum nuncum creditum)
emitit, significatū Astrologis, Triginta Gradū Ap-
sum efficacem esse. Gratulor ipsi de agnita domini veri-
tate. Foris in parte falsus est nuncius: erat in pri-
mo inventore. Monuit Messlinus Thesibus suis de
motuum varietate, anno 1606. editis. V' farpani ego
hunc affectum ab anno 1603. Videatur & meus Ter-
tius Inter vienies, his insdem Nundinis prodiens.*

*Nomen Semisexto dedi. Rationem eius
pulcherrimam pollicentur
mea Harmonia.*